

1. R. Mamonitis trad. Inve ^{sile} doctrina legis, s. Educatione Pieronii
et de natura Poenitentiae apud hebreos.

27 trad. Talmudic 773 7724 s. de Hololetia caput huius.

31 trad. Talm. de contractibus matrimonialibus Iudeorum.

47 Henr. von der Gaedt enigmata Iudeorum religiosissima 50.

57 Jo. Bened. Arppov. de Chuppa hebreorum.

67 Th. Christiani Nüden de it demonstratio.

71 Th. Christiani Stock de Poenis hebreorum. M dissertation
die 4^o Disseration ip defect.

8. h. Sebast. Edzardi disert. ex Philologia hebraica et Iudaica
magistris.

10 E. Th.
47
H C

Nr. 23^a

Tractatus Majimundi de doctrina legis diuinæ
Anno MDCCLXVII. A. G. v. In.

בש הקבר

הא הידיעת

sive

HE DEMONSTRA- TIVUM

SUMMI NUMINIS AUSPICIO, ET BENEVOLO
SUPERIORUM INDULTU,

IN ACADEMIA LIPSIENSIS

SCIENTIFICE DEMONSTRABUNT

PRÆSES

M. CHRISTIANUS Münden/
FEMARA-HOLSATUS,

&

RESPONDENS

CONRADUS JULIUS FRIDERICI,

Elystrowerdenis Misnicus, Philosoph. Baccal.

d. 24. Febr. AN. C. I. D. ICCCVI.

H. L. Q. C.

LIPSIAE,

LITERIS BRANDENBURGERIANIS.

V I R O

Sunime Reverendo, Excellentiss. atque Dcctissimo

D O M I N O

THEODORO DASSOVIO,

SS. Theol. Lic. longe celeberrimo, ejusdemque &

Lingvarum Or. in Academia Kilonensi Professori famigera-
tissimo, ad D. Nicolai Pastori primario longe

meritissimo;

Ut &

V I R O

Plurimum Reverendo, Clarissimo atque Docctissimo

D O M I N O

CHRISTIANO OSWALDO

ZWERGIO,

Ecclesiae Petersdorffensis in Femaria Pastori pri-
mario vigilantissimo,

PATRONIS, atque FAUTORIBUS SUIS

etatem devenerandis,

in debitæ observantia & pii affectus

Symbolon,

cum voto

Omnigenæ atque constantis felicitatis,

hacce pagellas offere

P R A E S E S.

XXX

A



שׁוֹרֵר אַלְמָן
ישׁעֲנִי

CONSPECTUS TOTIUS DISSERTATIONIS.

- §. I. De literis מְשֻׁה וּכְלִיב in genere.
II. quid sit הַ Demonstrativum?
III. varia ejus nomina recensentur.
IV. unde descendat?
V. quomodo cum vocibus combinetur?
VI. quare ordinarie habeat (-)?
VII. quare (+)?
VIII. quare ("")?
IX. Præfigitur nominibus absolutis & quare?
X. Quare non præfigatur Nominibus Propriis Personarum?
bene tamen Nominibus Propriis Locorum?
XI. Quare non præfigatur Nominibus status Constructi? nec
affixi?
XII. Nec Præteritis, Participis, Pronominibus, Particulis?
XIII. An Nomi*n*i postponatur?
XIV. Significat 1) articulum definitum & indefinitum.
XV. 2) rem certam cum Emphasi, quamvis Emphatica ejus si-
gnificatio non sit ubivis sensibilis.
XVI. 3) idem quod יְשָׁנָה, & quando?
XVII. Balmesii sententia expenditur.
XIX. □ Dem. ab □ Vocativo non differt.
XX. ab □ Interrogativo plane est diversum.
XXI. an □ locali æquiveleat?
XXI. an □ Dem. pro ℒ, & ℒ pro □ alternet?

XXII. quare extrudatur a literis בְּ ? quod tamen non semper contingit.

XXIII. נ Dem. per Ellipsis saepe omittitur.

XXIV. an pleonastice ponatur?

XXV. Tota dissertatio finitur.

§. I.

Litteras Consignificativas prout vocantur numero septem, hisce vocibus mnemonicis esse inclusas, מְשָׁחָ וּכְרָב, omnibus, qui modo primoribus, quod ajunt, labiis Grammaticæ Hebrææ praecipita degustarunt, notum est atque perspectum : sed non æque omnibus constat, quare septem istæ literæ consignificativæ dicantur. Evidem denominationis hujus rationem aliquam suppeditare videntur Grammatici, quando ideo consignificativas litteras nuncupari ajunt, quoniam voci, cui præfinguntur, certam significationem superaddunt. Sed si ulterius perconteris : qua de causa septem haec literæ sola hoc privilegio gaudeant, ut voci certam significationem superaddere possint : cur non & alia literæ eodem jure uti, numerumque literarum consignificatarum adaugere valeant ? item, unde literæ מְשָׁחָ וּכְרָב hanc significationem, quam vocibus addunt, acceperint ? tunc, si verum fateri velis, nihil fere in omnibus Grammaticorum libris reperies quod hisce dubiis exesse satisfaciat. Si forsitan regerere velles, usum harum literarum ita obtinuisse, re accuratius ponderata hanc responsionem ipsam rejicies. Ex usu enim tanquam a posteriori bene de natura lingvæ, non autem, de causis lingvæ judicare possumus, quæ a priori sunt inquirendæ ac dijudicandæ. Nobis quidem jam non licet, ut prolixius hac de materia differamus, quippe quibus ad specialiorem descendere animus est ; hoc tantum dicimus : Id quod ex Summe Reverendi D. L. Thiodori Dassovii, Theol. & Lingv. Or. in Academia Kiloniensi Professoris longe celeberrimi, Praeceptoris quondam mei æternum colendi ore meisæpius hausisse, grata mente agnoscō : cui etiam fausta quævis, omnigenamque incolumentem animitus appreco, quo immensos labores feliciter exantlare, atque præstantissima ingenii sui monumenta, quorum catalogum jam

jam edidit, cum orbe eruditio communicare valeat.) Omnes *islas*
literas *משה וכרב* esse literas integrarum vocum. Quannam igitur
significationem *integra* voces habent, e quibus *desumpta* sunt literæ *ba*
consignificative, eam quoque litera *iste* vocibus *deinde* affirunt, quibus
cum combinantur. Regulæ hujus veritatem jam illi agnoverunt,
quotquot in suis Grammaticis *ט. ט.* & nonnunquam etiam *ל*
ad principia sua reduxerunt. Harum enim literarum originem
facile ariolari potuerunt; de ceteris vero literis, cum & illarum
ortum indicare debuissent, altum est apud omnes fere silentium,
nisi quod unus alterve *ל* ad particulam *ל* referri posse conje-
cerit. Sed si dixeris: quare igitur non omnes literæ *consignifi-
cativæ* præfiguntur sequente dagesch, uti *ט*, *ש* & *ל*? respondeo:
tres *illas* esse literas *initiales integrarum vocum*, quæ ad literas abje-
ctas compensandas necessario dagesch requirunt, quod literam,
cui imprimitur, geminatam loco literæ exclusæ substituit: *reliquas*
vero literas esse *finales integrarum vocum*, quæ tantummodo per *(י)*
præfiguntur, quod sub illis antea fuerat subintellexum, cum *(י)*
etiam ordinarie omnibus literis vocali destitutis, quales sunt ultimæ,
supponatur.

§. II Sed mittimus jam literas consignificativas in genere consi-
deratas, atque *הַחֲדִירָה* s. *הַדְּמֹנְתָּיוּם*, cuius scientificam
demonstrationem in nos suscepimus, ulteriori considerationi sub-
jiciemus. Est autem *אַזְרֵיעָה* ejusmodi litera, quæ vocibus
certis præfigitur, iisque significationem certam superaddit, & qui-
dem eam, quam primitivum, a quo descendit, ex usu linguae im-
portat. Sic generalem literarum Consignificativarum descri-
ptionem etiam *ל* demonstrativo applicamus, atque hanc vulga-
rem descriptionem non temere deferendam esse putamus. Sunt
equidem quamplurimi Grammaticorum, qui *ל* Demonstrati-
væ ac *ו* pronominiis apponunt, atque ex numero particu-
larum inseparabilium, vel connexarum, quas literas consignifi-
cativas vocamus, penitus excludunt; verum cum *ו* & *ל* non sint
ipia pronomina, sed saltē vice pronominiū suorum fungan-
tur, sane haud incongrue literis reliquis consignificativis annu-
merari possunt, quæ non minus ac *ו* & *ל*, integras, uti diximus,
voces repræsentant.

¶III. illud vocatur alias a Judæis חַזְרָעָה vel חַדְשָׁת הַדְבָּרִים, i.e. *notitia*, *L. notificationis*; item וְאֶת־מִקְרָא יְהֻדָּה s. *vocationis*: a nobis vero *et Demonstrativum, Emphaticum, Articulare, Relativum, Vocabulum & Patheticum*. Quemadmodum enim a Judæorum Magistris appellatur חַדְשָׁת הַדְבָּרִים i.e. *notitia*, eo quod significatum rotius reddit, & וְאֶת־מִקְרָא יְהֻדָּה *L. vocationis*, quia *vocativum interdum exprimit*: sic inter nos audit *et Demonstrativum*, quia *objectum seu subjectum digito quasi demonstrat atque designat*: *Emphaticum*, quia ut plurimum singularem *Emphasim importat*: *Articulare*, quia tantum non semper articulo Graecorum, etiam Germanorum *dividit/das* aliarumque lingvarum æquipollit: *Relativum*, quoniam multoties idem significat quod *וְאֶת־מִקְרָא*, *sc. qui, que, quod*: & denique *Vocabulum & Patheticum*, dum nonnunquam *textu sic requirente vocativum indicat*, atque cum singulari quodam affectu per particulam *exclamandi o!* commode efferi potest. Omnes istæ *denominationes* eo tendunt, ut officium *et demonstrativi luculenter innuant*, quod est, *subjectum si objectum certis limitibus includere*, atque illud tanquam certum notumque determinare, quoque demum modo id fiat. Id quod etiam ad veritatis æquilibrium proprius accedere, tum demum patet, quando ad *et demonstrativi significationem enucleandam progressi fuerimus*, varia ejusdem nomina hic adduxisse contenti.

¶IV. Jam prima nostra cura sit necesse est, ut *et Demonstrativi primordia ostendamus*. Evidem *Cel. Caspar Neumannus Ecclesiasticus Vratislav, Aug. Conf. addicitarum Inspector*, cui literæ Hebreæ plurimum debent, *in Exodo Lingua S. V. T. ex Captivitate Babylonica, s. in Lexico Etymol. p. 357. ex B. Schindleri Lexico Pentaglotto* notat, *literam et ita dici, atque exponi per En. Ecce, quod eius sensus gestum demonstrans referat*; vel, prout ipse loquitur: *quod littera נ, qua su aspiratio paulo sensibilius audientem afflans, quam נ, motum habeat talem, qui rem, quasi admovendo, exhibeat, atque presentem fissat*. Atque ita ex natura sua literæ huic vim demonstrandi inesse existimat duo isti celeberrimi Viri. Sed quicquid de eos sit, nobis jamalia quærenda sunt fundamenta, quibus firmiter insistere, atque ex iis naturam *et Demonstrativi demonstrare* queamus. Quæcum etiam a plurimis jam indigitata sint, non
gesum

multum negotii nobis facerent. Observamus tantummodo, non nulos et Dem. ex **¶ Ecce!**; alios ex **¶¶ ecce!**; alios vero ex pronomine tertia personæ **¶**, **¶¶**, **¶¶¶** derivare. Quibus duæ priores derivationes arrident, eos quidem suo sensu abundare libenter concedimus: posteriorem tamen nobis præ reliquis placere ingenue fatemur, hac comprimis moti ratione, quia et Demonstr. nunquam fere significationem **¶¶** vel **¶¶¶**; sed semper significationem pronominis **¶¶¶** habet, ad minimum non ita commode ac frequenter per **En! Ecce!** quam per pronomen tertia personæ exprimi potest. Cujus ergo significationem refert, ex illo etiam descendisse et Dem., nullus unquam facile in dubium vocabit.

§. V. Origine et *Demonstrativi* sic indicata, videamus ejus cum vocibus compositionem, quam ita fieri scimus, ut sive **N.** sive **¶** vel **¶ Schevandum** abjiciatur: **N** tanquam litera quietcens; **¶**, **¶**, **¶**, ne illud labia ab initio vocis occludendo, *hoc* ob lenitatem suam graviorem vocis pronunciationem impediendo, facilitati vocem celeriter graviterque pronunciandi obstet. Litera igitur quædam hoc modo exclusa, requirit dagesch forte, literæ sequenti imprimendum, ut abjectio ejus compensetur, atque signum abjectæ literæ adsit. Quemadmodum enim Hebrei nihil fere abjiciunt sine facta compensatione, quæ triplici modo instituitur, cumtriplex detur abjectio; (*vid. Cel. Danzii Literator Hebreo-Chaldeus cap. 2. §. 17. caus. 3. p. 148. 149.*) ita & hæc litera exclusa per dagesch est compensanda, quod literam, cui imprimitur, geminat, atque sic geminata litera euphonie gratia pro litera exclusa alternat, v.g. si pluralem דְבָרִים & הַמִּנְבָּרִים componere vellem, dicendum foret דְמַנְבָּרִים; sed **¶** ob rationem allatam exultat, atque literæ sequenti **¶** Dagesch forte imprimit, per quod se ferlitera **¶** ita accommodat, ut **¶** geminatum jam Euphonie gratia pro **¶** alternet.

§. VI. Unde vero et *Demonstr.* (-) ordinarie accipiat, jam disquendum erit, cum alias vel per **¶**, vel per **¶¶**, vel per **¶¶¶** tanquam puncta primitivi sui movendum atque pronunciandum esset. Sed hoc iterum facili negotio indagari ac demonstrari potest ex duplice causa: primo ex prætentia **¶¶** Dagesch, compensativi, & deinde ex natu-

natura literarum Gutturalium. Dagesch primo constituit Syllabam
compositam; Syllaba composita requirit vocalem brevē (utrumq;
nunc tanquam certum supponimus;)igitur & ה. vel (ׁ) tan-
quam vocales longae mutandas sunt in oppositas breves (ׁ) sc.
vel (ׁ) vel (ׁ). Sed omnes istae rejiciuntur & (ׁ) accipitur. Si quae-
ris, quare (ׁ) sumatur, respondeat *Abrahamus Balmesius, Artium &*
Medicina Doctor, quia dagesch (ׁ) requirit. Ita enim in Gram. sua,
cui titulus; אַבְרָהָם בַּלְמִסְיָה אֶבְרָהָם
1523 typis & sumtibus Dan. Bombergii est impressa, בְּמִשְׁנֵי
האות של פניה היא פתורה לעירם רַבְרַבְרַב וְלַבְרַב:
וְלַבְרַב: quam regulam ipse quoque latinis
quidem, sed obscuris proposuit verbis h. m. *Litera, qua est ante oo-*
mnen literam crassam, est cum parach semper, ut רַבְרַב וְלַבְרַב וְלַבְרַב: שׁ
cetera ab iis, & sic He certificationis &c. cum plenus atque planus
hujus regulæ sit sensus: Quævis litera ante literam dageschata
semper habet (ׁ), uti exempla adducta רַבְרַב וְלַבְרַב וְלַבְרַב aliaque com-
probant; Et sic Demonstr. (ׁ) habet ante Dagesch, sive Dagesch illud ex-
primatur sive non, nisi adiutor litera Gutturalis. Sed hanc rationem tot
exempla, quot in contrarium afferri possunt, quorum sane haud
exiguis est numerus, v. g. רַבְרַב קְמַח &c. labefactant atque e-
nervant. Cum igitur hæc ratio Abrahami de Balmis, nullius sit
momenti, eajam optima videtur, quæ ex naturaliterarum Gut-
turalium petitur, atque sufficiente exemplorum inductione pro-
batur: Scilicet litera נ, quæ est Gutturalis, aperto ore & gut-
ture effterri amat, (ׁ) vero labiorum collectione liberam נ
pronunciationem interrupit, & (ׁ) dentium stridore
sonoque fracto gutturis apertioem impedit; quare etiam
utraque vocalis non ita frequenter sub נ reperitur, nisi discimere
aliquid per eas fuerit indicandum, v. gr. inter Præter. & Imper.
Hiphil &c. deinde (ׁ) itidem non adeo libenter afficit נ, nisi cor-
ta de causa pro (ׁ) fuerit substitutum, ut ita (ׁ) (quod Judæis di-
citur (ׁ) parvum) alternet pro (ׁ) (Judæis (ׁ) magno dicto), cum
nulla vocalis ad sonum a tam proxime accedat, quam (ׁ). Ex his
tandem concludimus, non solum נ pronominis separati נ
vo-

vocalem brevem restringere ad a, sive (-); sed ipsum in vocalem accipere gutturi suo conformem, nempe a, sive (-), quod per idem organon patuli gutturis una cum in facillime pronunciari potest, atque ab aperiendo in vocatur. Ne dicam in Dem. etiam ex hac ratione sibi patach vendicare, quia monstrantis est, aperto comprimis ore, voceque sonora rem aliquam, cujuscunque sit momenti, indicare.

§. VII. Interdum vero obtingit, ut Dagesch forte literæ sequenti imprimi nequeat, videlicet, si sequens litera fuerit Gutturalis, aut illarum æmula ּ, quæ omnes Dag. forte non admittunt. Sed quod hæ literæ ideo Dag. respuant, quia alias numerus spirituum in literis Gutturalibus observandus confundereatur, & N. (litera unius spiritus) Dageschatum duos sortiretur spiritus gradus, & sic eodem modo & eadem gravitate pronunciandum foret ac ּ, quod circa Dageschationem jam duos gradus complectetur. ּ Dageschatum nihil aliud esset, quam V sine Dagesch: non æque nobis persuaderi patimur, potius levem hanc ratiunculan suis Autoribus relinquentes, eorum subscribimus sententia, qui literas Gutturales ideo non dagescari ajunt, quia difficultima ja harum literarum pronunciatio, quæ non sine difficultate ex infimo gutture est protrudenda, difficilior adhuc redderetur, si literæ istæ per Dagesch geminarentur. Ita enim Alhardus de Raadt, postquam in Commentario suo de punctatione Hebraica natura, Def. VI. Literam Gutturalem esse spiritum, in cuius prolatione guttur maxime labore, affirmaverat, & §. 6. Schol. hujus def. literam ּ Gutturalibus adjungendam esse dixerat, dein Def. IX. §. 3. p. 54. 55. Dagesch non imprimi posse literis נ ו ת docet, quia נ semper fere & ת in fine syllabe quiescit; Dag. vero literam ita duplicat, ut bis mobilem faciat: in ו, י & ת autem Dag. ideo non repertiri dicit, quia ita in gutture efformantur, ut difficulter sint pronunciationes, & præterea non possunt geminari, nisi cum maximo nisu, atque vix eodem modo bis efferi, nempe post & ante vocalem, ut quicque in se expersatur. Quoties igitur Dagesch ex analogia Grammatices literis ictis est imprimendum, toties excluditur atque compensatur per vocalem longam, quæ & in Syllaba jam simplici necessario requiritur. Et sic etiam Dagesch in demonstrativi a literis ictis indagessibilibus excluditur, insimul ad exclusi

B dagesch

dagesch compensationem & syllabæ jam simplicis constitutionem
G. producitur in), ex. gr. וְנִתְּרָה terra &c. Non possumus ta-
men non, quin hic arnotemus, literas נ & מ exclusum Dagesch
rarius compensare, ubi tum Metheg vocalis brevis deficientem
moram addit, ut (-) pro () in Syllaba simplici retineri queat. ex.
gr. וְנִתְּרָה templum. i. Reg. VI. 33. & וְנִתְּרָה fœnix Gen. XXVI. 8. Sic
Dagesch quoque litera Schevata excidere, compensante id Metheg,
exempla magno numero obvia nos docent; quod etiam fit
ut Judæo loquuntur, sive ut pronunciatio facilitetur. In li-
tera enim Dageschata & Schevata duo sibi invicem contraria
concurunt; Dagesch etenim gravem, & () levem reddit litera-
ram; Dagesch pronunciationem aggravat, & () accelerat. Hinc
cum ambo absque difficultate locum obtinere nequeant, Dag.
ז ו () cedere cogitur, cum hoc illi cedere non possit. Ex. gr.
וְנִתְּרָה Levia וְנִתְּרָה rane, quod in singulari le-
mel tantum cum Dagesch invenitur חַדְרָא Ex. VIII. 2. &c. Et
cum hoc frequentissime fiat in ו participli conjugationis secun-
da, & schevatis, pleriq; Grammaticorum ו participle, & י tan-
tum excipiunt; cuiusmodi exempla sunt: חַדְרָא וְמַרְבֵּר loquens חַדְרָא
falsus &c. Sed Dagesch interdum in ו participli obviam esse, do-
cet B. Wasm. Reg. XIII. M. III. n. 1. l. a. adducens ex Ez. XLVI. 24.
וְנִתְּרָה coquuntum, & ex Jos. XIX. 13. חַדְרָא delineatus. Qui-
bus nomina propria accenset, ut חַדְרָא Manasse, quæ vocula tam
semper fere sine Dagesch occurrit h. m. חַדְרָא. Participiis v. in
medium allatis ex Cel. Drusii Libello de literis Mosche Vechaleb, L. I. e.
3. p. 10. addi possunt ex Ez. XVI. 32. חַדְרָא adultera & ex 2. Reg.
IX. u. עֲנָשָׂת insanus. Sed præter id, quod Ez. XVI. 32. in nostris
Bibliis non cum Dagesch, sed cum Metheg, reperiatur, h. m.
חַדְרָא, nobis hac participia magis ad naturam nominum de-
clinare videntur, quemadmodum etiam חַדְרָא Jos. XIX. 13. ali-
is est nomen proprium. ו v. in h. l. חַדְרָא חַדְרָא idem esse
scribit ac חַדְרָב אֶל בְּנֵי: circum dicens ad Neam, atque te limo-
niū loco Chaldaam Paraphrasin Jonathanis adducit, h. m. בְּנֵי כָּל

תְּרִזְבָּם וַיָּרֶן: וְנֵפֶן לְרִמְמָן וְמַרְמָן מִסְתָּחָר לְגַעַת
מִן, exinde circumiens Neam versua: ubi obiter observo, in Biblis
Buxtorff. Chaldaeum Paraphrasin ita legi: וְנֵפֶן רְפָן וְמַתְאָל
'צְבָק' exiit ad Rimmon Melhaar, & exinde &c. Sicuti igitur
Schevatum in hisce Participiis Dag accipit; sic & Schevatum se-
quente literaculturali modo Dageesch admittit, modo extrudit ex.
gr. 1. Sam. XXIV. 3. בְּרִיאָתְךָ יְהוָה בְּרִיאָתְךָ יְהוָה
defessi Exod. VII. 17. בְּרִיאָתְךָ יְהוָה fluvia & Exod. VIII. 1. in plur. בְּרִיאָתְךָ יְהוָה
fluvii. Ast Cobel. IV. 14. חֲסִירָתְךָ vinctorum irregularere esse, contra-
etum ex recte obseruat Cel. Drusius l. c. p. 8.

§. IX. Quando vero n Dem. per (-) seq. Dageesch præfi-
gendum excipit litera Gutturalis Kameitzata, tunc Dageesch
juxta §. præc. exclusum itidem compensandum foret per (-), sed
n Dem. tum accipit (-). Atque idipsum propterea fieri conten-
dit M. Jo. Neumannus in Novicatibus Curiosis circa analysin Hebraicam
ex principiis genuinis deducit, cap. 1. de literis gut. §. 12. ne in animo
hanc pronunciationem audientis manifesta confusio orietur,
& duplex (...) pro (...) affamat, v. gr. בְּרִיאָתְךָ יְהוָה pro בְּרִיאָתְךָ יְהוָה. Sed fi-
culnea haec est ratio, ac inanis sollicitudo. Quis unquam in sta-
tu absoluto (-) mutari in (.) & sub (.) in (...) sibi imaginaretur, si
modo prima Grammatica Hebræa elementa imbibit? qui abso-
lutum nomen בְּרִיאָתְךָ יְהוָה novit, absolutum pluralem etiam sciat neces-
se est, nempe בְּרִיאָתְךָ יְהוָה & nunquam sub בְּרִיאָתְךָ יְהוָה, quamvis
n Demonstr. per (...) præfigatur, (...) concipiет. Imo si haec ra-
tio aliquid ponderis in se haberet, certe, quoties ejusmodi con-
fusio metuenda esset, toties (-) prius e geminis mutandum fo-
ret in (...). Sed quam haec vitanda confusio nobis non pare-
ret confusionem? Addit vero: ubi hanc confusionem non
esse timendam, exempli grat. in Monosyllabico, ut בְּרִיאָתְךָ יְהוָה, (...) etiam sub n Dem. ante altam Kameitzatam retineri. Sed quis est, qui
non videat, eadem facilitate in priori allato exemplo בְּרִיאָתְךָ יְהוָה hanc
confusionem removeri posse, atque in hoc בְּרִיאָתְךָ יְהוָה? nam sub בְּרִיאָתְךָ יְהוָה in
voce בְּרִיאָתְךָ in absolueto plurali, & que ac sub voce monosyllabica non
(-) sed vocalia perfecta (...) apparere debet Deinde neque hoc verum
est, ubi metus hujus confusionis abest, ibi (...) sub n Dem. ante li-

teram Gutt. Kametzatam retineri. Nam נ Dem, monosyllabici præfixum etiam reperitur cum („), cuius exemplum jamjam allaturi sumus. Nullam igitur aliam hic rationem subesse, certum est, quam quæ a R. Salomone Ben. Melech in מיכל יזרעאל ex R. D. Kimchi Michlol ad vocem האמור assertur, atque fol. 151. col. 4. hisce exprimitur verbis: וּבְמַכְלֵל חָזֶה הַשְׁמָרָה וּבָאָחָת בְּמַכְלֵל קָמֵץ הַלְּאָפָּה לְהַקְּלָה בְּמַגְלֵל מִפְנֵי קָמֵץ הַלְּאָפָּה i. e. in Michlol (quem librum R. David. Kimchi filius Josephi, Hispanus, a Judæis רַאשׁ הַמְּדֻkreim i. e. Caput s. princeps Grammaticorum vocatus, conscripsit, atque in duas partes divisit, quarum prior de re Grammatica agit, posterior vocum sensa explicat: posterior vero סְבִירָה שְׁרָשִׁים i. e. liber radicum Lexicon; & prior in specie appellatur; vid. Cel. Drus. Libellum de recta lectione lingue sanctæ, qui primus est inter opuscula ejus ad Grammaticam speleiania junctum edita Franekeræ 1609. 4t. Cap. 49. p. 106. In hac priore parte Grammaticæ sua scribit רַאשׁ הַמְּדֻkreim (in voce רַאשׁ הַמְּדֻkreim) est נ dem & reperiatur cum („) propter („) sub (primaliter) נ ad facilitandam pronunciationem, sicut (& dicitur Exod. VIII. 27.) רַיִסְרַת הַעֲרָבָה (& recessit colluvies). Videlicet, Hebræa lingua, ut alias Euphoniaræ & facilissima pronunciationis est amantissima, sic & sonum a a, si utrumque („) ex infimo gutture quasi prorumpens, non sine vehementia quadam uno halitu pronunciari queat. Sic e.g. in בְּנֵי יִשְׂרָאֵל euphoniaræ & facilitandæ pronunciationis causa („) sub נ Dem. mutatur in („). Quod Augustin. Sebastianus Nouenius in libro de literarum, volum, & accentuum Hebr. natura edit. Marp. 1532. in 8. jam docuit, afferens, quando dictio prima litera („) signatur, sape numero ornatus gratia ad devitandum multarum vocum, similiunve Syllabarum unius, exitus concursum, נ Dem. habere („). Euphoniam enim solam hujus mutationis causam esse, exinde liquet, quia etiam ob euphoniam interdum („) sub נ Dem. ante literam Gutt. Kametzatam retinetur ex. gr. Gen. XXIV, 42. נְתָנָהּ לְנָאָדָם ad fontem illum Sic נְאָדָם &c. Quod & in monosyllabis comprimitis deprehendi potest,

est; quippe in quibus **ה** Dem. modo (-) modo () modo () accipit, & pro diverso respectu diversimode etiam punctatur. Dicitis id docet verbis R. Salomo in M. 7. fol. 26. col. 4. fin. quando ad vocalam ita commentatur: **כִּשְׁחַמְלָה** צוֹרָא נֶגֶד הַחָא בְּקֶם^ז אֲפָעָל פֵּי שְׁחַמְלָה קְמוֹתָה כְּמוֹ חָדָר הָרָךְ כִּי נְקָל וְהָא בְּרִישָׁן רֻם הַחָרָה בְּסָגָל גַּם בְּמַלְתָּה שְׁוֹרָה הַחָרָה לְפִי שְׁחַמְלָה קְמוֹתָה מְגַנֵּן וְחַבְּסָקָן לְפִיקָּךְ הַחָא בְּסָגָל: וְכִשְׁתָּחָה הַחָרָה פְּתֹוחָתָה אֲכָל:

parva & monosyllabica, ה punctatur per (), quamvis vocula ista jam () habeat: uti (dicitur) הַמִּן (mons) הַנְּרָךְ (tener) quoniam facilime ut a pronunciatur in hac voce: si vero (ה) cum ה (combinatur, punctuatur) per () etiam in voce monosyllabica (ut h.l.) הַמִּן, quia ה sub se habet () propter accentum, bine & ה (legitur) cum (). At quando ה sub se habet (-), ה etiam cum (-) adebet (ut Lev. XVI, 20.) הircum viventem). Videmus igitur ה Demonstr. vocibus, quibus praefigitur, sese accommodare, & quando earundem puncta mutantur, diversasque ob causas variant, varias quoque admittere vocales, ut Euphonias atque pronunciationis facilitas, quo cunq; id etiam modo fiat, promoveatur.

§. IX. Hactenus originem atque punctuationem ה Demonstrativi quanti fieri potuit perspicuitate & brevitate consideravimus: Ordinis ratio jam postulat, ut indicemus, quibusnam vocibus ה illud Dem. praefigatur; & a quibusnam rejecletur. Prius quod attinet, apponitur ה Dem. plerumque *nominibus in statu absoluto positi*, sive sint substantiva, s. adjectiva. Exempla quadam cum in quavis fere linea sacri codicis occurrant, non enumera-bimus: thesi tamen nostrae hanc probationem subjiciemus; ideo scilicet ה Dem in primis nominibus in statu absoluto praeponi, quia in iisdem apprime demonstrativo seu indicativo suo officio fungi, iisque certam quandam determinationem addere potest. Absolutum enim nomen ad nullum certum atque determinatum objectum est restrictum, sed multisarię applicationi obnoxium: ut igitur haec varietas evitetur, succurrit jam ה Dem. & nomen illud, cui praefigitur, ad certum aliquod Objectum adstringit, de quo jam jam pluribus dicetur, quando ad ה Demonstrativi signifi-

cationem indicandam fuerit per ventum. Addimus saltem non-nunquam & substantivum & adjectivum ⁷ Demonstrativo exornari, uti Gen. VII, 19. **הַרְרוֹת** הַגָּבֵחִים **מִונְסֶסֶת** mones excelsi: nonnunquam substantivo tantum ⁷ illud præponi, ut: **גָּזָר**: II, 21. **הַגָּזָרָה** vi. **אֲלֵנָה**: nonnunquam denique Adjectivum, & non Substantivum, ⁷ Dem. præfixum habere, ut **P. CIV.**, 18. **תְּרוּם** **הַגָּבֵחִים** **מִונְסֶסֶת** mones excelsi, &c. Nominibus vero per regimen combinatis, posteriori tantum, non priori ⁷ Dem. præfigi potest, ut i. **Reg. XII.**, 7. **כְּשַׁבְתִּים** **עַצְתִּים** **חוּקִים** confitum seniorum, &c. (conf. §. seq. XI.)

S. X. Pergimus jamad *posterioria*, & a quibus vocibus ⁷ Dem. non assumatur, distincte proponemus. Primo igitur dicimus, ⁷ Dem. non præfigi *Nominibus propriis personarum*, idq; ex hac ratione, quia in iis intile ac frustaneum foret, quandoquidem nomina propria Personarum non solum ad certam speciem, sed ad certum quoque individuum per se sint restricta, nullaque ulteriori circumscriptione ac restrictione indigeant. Quæ si *Davidis Kimchi* verbis audire mavis, hæc ex ejus *Mieblol* fol. 15. col. 1. (citante *NOL-*
DIO in *Concord. Part.* p. 947.) afferti possunt: **לְאַחֲנָה חַדְרוּתִים** **וְאַנְיָרָה** **עַל שְׁמָנָה** **לְפִי** **שְׁחַטָּה** **הַרְרוֹת** **וְאַנְיָרָה** ^{i. e. c. non} **אֲדִיבָת** ⁷ Dem. in nomine proprio *Viri*, eo quod nomen *Viri* jam per se notum, alia adhuc notificazione non opus habet. Quam ob causam in aliis quoque linguis articulum nominibus Propriis Personarum non apponi, cōpertum atque perspectum habemus. Sed si objiceres, dari tamen quædam nomina propria virorum, quæ ⁷ Dem. sibi præfigi patiantur, ex. gr. **חַאֲרָם** Gen. I, 17. & IV, 1. **חַמְנָגָה** Ezech. XXXVIII, 2. **דָּבָעָנָה** Jud. I, 20. **דָּמָנָשָׁה** Deut. III, 13. **לְרַיִן** ⁷ P. CXXXIV, 20, aliaque; respondent nonnulli, hæc nomina ad naturam appellativorum declinare, & **אַרְאָה** iis in locis, in quibus ⁷ Dem. præfixum habeat, esse nomen appellativum speciei; **מְנוּגָה** & **עַנְקָה** esse nomina populi & prosapia; **לוֹר** & **מְנַשָּׁה** esse nomina tribuum, multas in se familias continentium; & sic in cæteris. Cum ergo restrictione nominis proprii hac significatione accepti esset, atque eadem nomina Virorum pluribus jam tribui possint ac debeant individuis, ⁷ Dem. quoque illis apponi posse, res ipsa loquitur. Quocum R. Sal. Ben Melech, consentit, quando in M. J. ad Ez. XXXVIII, 2 fol. 138.

138. col. 1. in ita in lingua sua loquitur: זְבָתִין לְמַנּוֹג בֶּרֶא חֲדֹרִיעַ & post וְנֵאֵן הַזְּהֹדְעַת בְּאַחֲלָל שֶׁם חַיְוחַ שֶׁמֶת חַיְוחַ pauca quædam inserta: וְעַל שֶׁת חַיְוחַ תְּבָא הַזְּהֹדְעַת i.e. quando (Propheta) dicit הַזְּבָתִין, (est nomen hoc) cum הַ Dem. De monstrativum vero non adhibetur cum nomine proprio hominis, exinde concicimus (vocem זְבָתִין) esse nomen prosapia -- Nomini enim familia Dem. recte prafigitur. Et fol. 5. col. 1. in med. ad verb. זְבָתִין דָּבָר. etiam fere leguntur, cum jam dictis conferenda. Alii vero in contrarium urgent, nomina ista esse indubitate propria e.gr. אָרוֹן esse sua natura proprium primi hominis creati, &c. urgent etiam alia adhuc nomina propria, quæ procul dubio de una persona sunt accipienda, & tamen cum הַ Dem. apparent: ex. gr. Chron. XXV, 11. לְצִיר ubi (-) sub לְseq. Dag. הַ Dem. adfuisse clare do- cet. Neque nomen hoc tanquam patronymicum considerari potest: Omnia enim in hoc cap. recensita nomina sunt propria personarum, num igitur unum illud excipiendum fore? Ino nec excipi potest: in verbis enim immediate annexis mentio sit filiorum, fratrūmque Jizri, quidni igitur esset nomen proprium personæ? (vid. Glass. Gram. S. L. IV. Tr. III. Obs. 7. p. 949.). Sed ut the sis nihilominus firma maneat, distingvunt nonnulli inter nomina propria, quæ ἀρετῶς appellativa sunt, & quæ nunquam appellativa annumerari possunt: prioribus הַ Dem. praefigi posse, ultro concedunt; posterioribus vero non item. (conf. Dan. Fisselii Advers. Sacr. L. VI. c. IV. §. 3. p. 37. 32. edit. in 4t.) Cum a.hanc distinctione allatum exemplum לְצִיר (ut alia jam non memoremus) infringere videatur, alii distingvunt inter nomina propria viventium & mortuorum; & his, non illis, הַ Dem. apponi posse concedunt. (conf. Nold. Conc. Part. p. 231.) Sed quid ambagibus istis opus est? negari sane nequit, quibusdam nominibus personarum הַ Dem. affigi, thesi tamen nostra non labefactata. Quamvis enim nomina propria per se jam satis nota sint, id tamen non obstat, quo minus interdum majoris notificationis causa הַ Dem. ipsis praefigi possit, præfertim si plures ejusdem nominis fuerint eodem tempore vi- ventes. Nam & in aliis linguis articulum interdum nomini pro- prii personæ melioris explicationis ergo apponi, toto die com- perimus. Cum igitur הַ Dem. nominibus Propriis personarum

præ



præfigi ordinarie nequeat, recte exinde Theologi probant nominata divina קְדוֹמָה, אַחֲרָה, נִמְלָא, נִמְלָא, esse Deo propria, nullique creature extra Deum subsistenti communicabilia, quia more nominum propriorum, ut nec regimen, nec lusfixa, sic & nec Dem. admittunt. Notanter autem diximus in Dem. non præfigi nominibus propriis Personarum: *Nominibus enim Gentilitiis*, item *nominibus propriis Locorum, urbium, monium & fluminum*, in Dem. addi, exempla Biblica nos non dubitare sinunt. Et ratio est aperta, quia nomina Gentilitia, ut supra jam diximus, variis multisque personis vindicari possunt, & nomina propria Locorum ad naturam appellativorum quam proxime accedunt. Ut exempla quadam adjungamus, *NOMINA GENTILITIA* sunt: עָבָרָה *Hebraea Gen. XIV,*
ארץ חִלּוּקֵי *Gileadita, Jud. XI. &c.* NOMINA REGIONUM: Gen. II, u. ארץ בְּרִירָה *Gen. XXII, 2. &c.* עַרְבִּים *Gen. XII, 8.* חַעַד *Gen. XII, 8.* בְּרִכָּה *i. Reg. XV, 17. &c.* מַונְתִּים, יְהוּנָן *Jos. I, 4. Num. XXIII, 28. FLUVIORUM* יְהוּנָן *Jos. I, 11. &c.* Et de his Nominibus tam Gentilitiis, quam Locorum Propriis, hoc quoque observari potest, sèpius in Dem. si fuerint composita, posteriori præponi, quod & tanquam dignius & ad sensum recte percipiendum magis necessarium præ priori articulo notari ac demonstrari debet. E.g. בֵּיתְלֶחֶם *Bethleemita, i. Sam. XVI, 1. בֵּיתְלֶחֶם* *Bethelita, i. Reg. XVI, 34. קָרְרָה רַאֲבָעָע* *Neb. XI, 25. &c.*

§ XI. Deinde non præfigitur in Dem. usitate atque ordinarie *nominibus in statu construendo positis*, quia non opus est, ut in Dem. nomen per regimen jam ad certum obiectum determinatum, adhuc majori vinculo coarctetur. Quando vero in Dem. in Sacro Codice etiam Nominibus in regime constitutis præfigitur, singularis eo ipso Emphasis innuitur, quæ restrictione status constructi non contenta, novam adhuc restrictionem, et sc. Demonstratiivi requirit, v. g. quando Ez. XLV, 16. dicitur: כְּלָתָם הָאָרֶץ omissis hic populus terra hujus; non sine Emphasi hæc verba posita esse liquet, & quidem ut R. D. Kimchi in Com. loquitur: לרוב חזרעת ad multiplicandam notionem, i.e. ad rem aliquam quam maxime determinandam, & digito quasi extenso monstrandam, ut de

de quanam materia agatur, luculentissime innotescat. Sed cum illa
loca fere omnia, in quibus **ה Dem.** nominibus status constructi
præfixum apparet, status absoluti punctuationem retineant, haud
inepte ejusdem nominis, quod in forma absoluta adest, in statu
constru^ctio ponendi Ellipsis statuitur, ita sc. ut idem illud nomen,
quod in textu in forma absoluta legitur, in forma constructa sub-
intelligatur. Quod R. Jacob Abendana in **לְקָרְבָּן** s. spicilegio sextui R.
סַלְמָאֵל מֶלֶךְ inspero fol. 2. col. 1 ad verba
וְעַזְ בְּרִיתְתָּהּ טֹב וְרֹעֵ
ita in lingua sua proponit: **וְעַזְ בְּפִסְכָּמָן וְעַזְ בְּרִיתְתָּהּ טֹב וְרֹעֵ**
כִּי לֹא וְכָא סְמֹךְ לְעוֹלָם אַחֲרַת הַזְּרוּעָה : וכמו^ר: **הַאֲרָן**
הַבְּרוּת: והגבראות שודר הנביא: **הַאֲרָן וְלוֹהָתָה**
qua^z ita
vertimus: *Et sensus hujus versiculi (s. hujus periodi :
עַזְ בְּדִיעָתָה טֹב וְרֹעֵ & arbor scientie boni & mali, hic est :) Et arbor scientie,
scientie (inquam) boni & mali, quia nunquam adbibetur status con-
structus post **ה Dem.** (vel, quod idem est, quia **ה Dem.** nunquam
ante nomina constructa ponitur) Et eodem modo explicanda sunt
locis (Jof. III. 14.) Arca foederis: 2. Par. XV. 8.)
הַאֲרָן וְבְרִיתָהּ (Arca foederis: Num. XXXIV.
הַאֲרָן בְּנֵי Terra Canaan) aliae. Idem docet **Cel. Danz.**
in Interpr. Hebreos. Chald. cap. II. §. 58. p. 69. 70. ubi unum alterum
que exemplum eadem ratione explicat, atque hanc explicatio-
nem probat ex Num. XXXII. 1. ubi regio cis Jordanem a pacuis
ita commendatur: **וְהַנָּהָר חַפְקוּם בְּקֻומָם מִקְנָה** *Et ecce locus ille,*
locus, (scilicet) pacuus, it. ex Gen. XXVII. 22. קָנְלָה יְעַקְּבָּ
וְחַנְרִים יְרֵד עַשְׁנָה Vox ista, vox Jacobi, & manus ista manus Elavi.
Quemadmodum enim in hisce locis nomen illud in statu
constructo iteratur, quod in statu absoluto immediate præcedit: Ita
in illis etiam locis, in quibus **ה Dem.** nomini status quidem con-
structi, sed formæ absolutæ, præponitur, idem illud nomen in
forma constructa est repetendum, quod in forma absoluta jam ad-
est, ac status constructi valorem in se complectitur. Atque hæc
omnia, qua^z hucusque in medium protulimus, breviter R. Davi-
dis Kimchi verbis proponit R. Sal. Ben. M. f. 140. col. 2. ad verba:
הַרְמָם הַרְמָם Sic ad Ps. CXXIII. 4. verba **עַג דְּשַׁנְגִּירִים** **בְּנֵי** *bac ipsa*
*subsannatione tranquillorum commentatur Ben. Melech in M. f. 187.**

sol. 2. fin. חסר נסמן deficit nomen constructum, quod hunc in modum
supplet: בְּשַׁבָּעָה נִפְשָׁר וְרֹעֵג וְעַב דְּשָׁאָנִים i.e. Saturata est ani-
ma nostra subsannatione ipsa, subsannatione scilicet tranquillorū. Dein etiam
¶ Dem. ordinarie non praefigitur Nominabus statim affixi; & ratio eadem
hic recurrit quae in Dem. nominibus & Propriis & Constructis praefigi prohibuit, ne scilicet duæ וְרֹעֵת five notiones concurrant.
Nam suffixum, non minus ac natura nominis proprii & constru-
cti, nomen satis restringit, ac notum facit, ut in Dem. non ne-
cessarium videatur. Si quæ tamen nomina occurrent, quæ &
ab initio & in fine notionem aliquam habeant, (ab initio in Dem.
in fine suffixum) qualia, numero licet pauca, occurrere, non
diffitentur; ea præter morem usitatum atque לְרוּבָה הַחֲרוּב ad
majorem Emphasim ita posita esse, Grammatici docent. Ejusmodi
exempla sunt Lev. XXVII. 23. קָרְבָּן אֶسְמָתִיא תְּעִזָּתִי
בְּתוֹךְ תְּרֵבָה בְּתוֹךְ תְּרֵבָה in medio tenuiori mei Mich. II. 12. in medio o-
vilis sui, &c.

§. XII. Deniq; non praefigitur in Dem. Prateritis, Participis, Pronomi-
nibus, & Particulis. Non Prateritis, & Participis, scilicet verbo in gene-
re, quia Prateritis præpositum omni plane usu carceret. Prateri-
ta enim, tanquam prædicata, non possunt indicari ac demon-
strari, uti nomina, quæ sunt subiecta: neque etiam opus est, ut il-
la isto notificationis notiora reddantur, cum statim, quam pri-
mum modo auribus percipiantur, mente quoque intelligan-
tur: quin imo verba ab in Demonstrativo restringi ac de-
terminari nequeunt, a nominibus, quibus vel reguntur, vel si-
pantur, jam satis determinata. Quando autem Praterita cum in
Dem. reperiuntur; ex gr. חַדְכָּנִים זְמָרִים omnis anima, quæ
venit in Egyptum. Gen. XLVI. 26. קָדְכָּנִים אֶתְן qui iverant cum ipso.
Jos. X. 24. &c. Illud pronominis relativi loco adhiberi, statim
diciemus. Sic & cum Particulis scilicet res habet, quibus in Dem. præ-
fixum itidem significationem וְשָׁנָה assumit. Hinc & Partici-
pium suffixa amelii possunt, uti & Paragogicum, licet in Dem sit
prefixum, ut: Pf. CHI. 4. קָרְבָּן qui coronat te &c. Non Pro-
nominibus. Nam Promina prima & secunda personæ in Dem. peni-
tius respiciunt, quippe quod ex pronomine tertia personæ ortum
per naturam suam cum pronominiibus primæ & zæ personæ
com-

componi nequit. Et cui usui **נִ** Dem. pronominibus primæ & secundæ personæ præfigeretur? quid unquam demonstratione minus indiget, quam **אֵגַּז** & **תְּהִלָּה**? Pronomina vero tertiaræ personæ ordinarie quidem sese a confortio **נִ** Dem. abstrahunt, interdum tamen cognatum illud **נִ** Dem. accipiunt; ex. gr. **וְיַעֲשֵׂה** i. Sam. XVII. 38. Sic & sæpius dicitur: **אֵגַּז תְּהִלָּה** &c. Evidèm nec hic opus fuisset, ut **נִ** Dem. pronomini Demonstrativo adderetur, nisi scriptor facer singularem quandam Emphasim eo innuere voluisse, quæ & scrutanti ultro sese offert. Nam si pronomen **וְיַעֲשֵׂה** tantum pronuncio, nude saltem incertum quandam nomino, **נִ** circumstantia textus certum eundem reddant: sed si dixerim: **וְיַעֲשֵׂה** dixi quendam ostendo, oculis penitus aspicio, & cum affectu quodam in hac erumpo verba: Hic est! Non presigitur tandem *Particula*, seu vocibus indeclinabilibus, quæ cum subiectum sive Objectum aliquod ipsæ non denotent, sed subiecto, vel prædicato, tantum adhaereant, quounque etiam veniant nomine, hinc & **נִ** Dem. ad easdem non descendere, quilibet sibi facile persuaderi patiatur.

S. XIII. Ubicunque vero He Dem. reperiatur, semper nominis præponitur, atque ante primam vocis literam, cui Dagesch suum imprimit, conspicitur. Contrariam quidem sententiam fovet Cel. Noldius in Concord. Part. p. 232, inquiens: *He articulare interdum apponitur fini, verso Dagesch, (quod imprimeret) in suis iisus Mappik*, ubi exempli loco adducit ex Gen. XXXIX. 21. **וְיַעֲשֵׂה** ac vocem hanc pro **וְיַעֲשֵׂה**, (quod vers. sequ. 22. legitur) adesse putat. Sed ne in Viri hujus longe Celeberrimi partes abeamus, varix, cæque haud leves nos movent causæ. Primo etenim contrariatur hoc assertum principiis & regulis Grammaticis, tanta exemplorum turba corroboratis, quanta mente vix concipi potest, quæ omnia He Dem. voci præponi, non postponi, satis superque docent. Deinde Dagesch mutari posse in Mappik inauditum est Hebrew Lingvæ cultoribus, nec ullo idoneo arguento probatum. Quod vocem **וְיַעֲשֵׂה** attinet, quam ad sententiam suam stabilendam ex Gen. XXXVIII. 21, affert, tantum absit, ut sententia sua probandæ inserviat, ut contra eandem potius militet. He enim cum Mappik non est He Dem. nomini postpositum, sed affixum

pronominale 3t. perf. fœm. gen. מִן : Scilicet Vir iste a Juda cum
hoedo ad meretricem, cui Judas cum ea congressus, arrabonem
dederat, missus ut arrabonem a muliere repigneraret, eam in lo-
co designato quæsivit quidem, ast non inventum : tum interrogavit
homines loci illius, nempe *meretricis*, ubi nam sit ? ita ut affixum מִן
ad meretricem, cuius mentio jam facta erat, respiciat, & מִן מִן sit
ille locus, in quo Thamar antea in via facie involuta sederat Quā
explicationem autoritate sua confirmant Paraphrastes Chaldaeus,
qui מִן מִן etiam cum affixo pronominali transtulit מִן אָנֹן ; & R.
Joseph Bar Alexandri, qui in versione sua Judæo-Germanica Amst.
anno computationis Judaicæ minoris 447 nostræ autem 1687 in
fol. edita, diserte affixum pronom. expressit, atq; versiculum hunc
hinc reddit verbis: Da frager er dieleut von ihrem Ort zu sagen:
Wo ist die re? Ut reliquias versiones jam non memoremus, quæ
omnes fere מִן מִן vertunt loci illius, vel ejus, quas in nostram quo-
que sententiam trahere possemus, licet contraria etiam senten-
tia aliqua ex parte favere videantur. Interim He Dem. nominis
nunquam postponi, ex dictis jam luculentem constat.

§. XIV. Jam ad significationem, quam מִן Dem. importat, de-
labimur, eamque in genere notificationem esse supra jam indica-
vimus, qua scilicet nominis significatum notius reddit, atque a
vaga, quam alias habet significatione eximit, & ad certum numero
subjectum restringit. Sed diximus etiam מִן Dem. non ubivis ea-
dem potestate, eodemque valore gaudere; Modo enim commode
exprimi potest per articulum definitum Græcorum δῆμον, & Ger-
manorum, der/ die, das; Ex. gr: Gen. I, 1, בְּרֵית מִן הַשְׁמָן
terram hoc & hanc terram; Sic & illa loca hoc a quibusdam referun-
tur, in quibus pronomen Dem. cum מִן Dem nominis מִן Dem. præ-
fixum jam habent, subiungitur; qualia sunt Genes. II, 12, בְּרֵית
מִן illa terra ipsa & Gen. XXI, 10. בְּרֵית מִן שָׂעָר expelle hanc
ancillam ipsam. Quem locum Cel. Drus. l.e. adducit, atq; sententiam
suā his exponit verbis: Hic adverte. Si articolus certam ancillam demon-
straret, quorsus adderetur pronomen בְּרֵית ? An dices pleonasym esse
quale in illo Ciceronis: Jam pridem ad hunc eum ipsum/me autem
dicebat, quædam institui? Plautus quoque dixit: Hunc eum ego
rejeci &c. Sed si nostrum hic judicium, quale, quale etiam sit, ad-
jice-

jicere liceret, diceremus sane, in iisdem locis, si non in omnibus, in plerisque tamen, eximiam latere Emphasim, quæ etiam attentum Sacrarum Literarum Leclorem minime latebit. Modo autem denotat **¶** Dem. articulum indefinitum, atque satis congrue exponi potest per *Aliquis*, *Quidam*. Cuiusmodi exempla sunt: *Num. XI, 27.* וְרָא תַּשֵּׁר וְגַד רְמַשָּׁה **¶** *tum currexit puer quidam* & indicavit Moysi. *I. Sam. I, 4.* & *וְיָהִי חֹם* & factum est die quodam (sc. statuto) *Conf. Job. I, 6.* ubi eadem recurrent verba, quæ Coccejus in *Com. in Job. fol. I, 4.* aliique ita exponunt: *Exitur dies aliquis.* Ast **¶** in *הַבָּעֵר Ef. VII, 16.* articulum definitum denotare probat *Cel. Danz. in Interp. Hebr. Chald. p. 66. 67.* quamvis alii per indefinitum articulum exprimere malint. Plura exempla congesit *Noldius in Concord. Part. p. 236. 237.* an vero omnia exacte huic quadrant, alii inquirant, qui sagaciori iudicio pollent, & majori otio fruuntur. Hoc saltem adhuc annotamus, *sub hac ipsa articuli forma* **¶** *interdum esse distributivum, seu universale atque haud inconvenienter per Quicunque, Quilibet, reddi posse.* Ex. gr. *Exod. XII, 3.* **¶** *שֶׁה לְבִרְית agnus pro qualibet domo, seu familia &c.* Attamen ut in omnibus quæ adducuntur exemplis **¶** Distributivum admittamus, nulla nos cogit necessitas, cum eodem sensu manente per articulum definitum effterri queat. Imo distributionem hanc magis ex contextu colligi, quam ex **¶** Dem. facile probari posse videtur.

§ XV. Diximus quoque singularem quandam Emphasin **¶** Demonstrare, indicari. Hæc vero tum, in primis est attendenda, qn res quædā per **¶** Dem. veluti certa atque satis nota delineatur. Ut aliqua proferamus exempla, audiamus, quanta cum Emphasi Moses desiderium suum Jordanem traciendi, & Palaestinam intrandi eloquatur, quando *Deuteron. III, 25.* flebili voce supplex orat: **¶** אֱבֹרָה נָא וְרָא תְּחִרְשֵׁת טִיבָה אֲשֶׁר בְּעֵר תִּירְןֵה וְהַלְּבָנָן **¶** *trans eam queso, & videam terram hanc bonam i-*
stam, que trans Jordani hunc sita est; moniem hunc illum bonum
istum, & hunc Libanon. Cuivis fere voci **¶** Dem. est præfixum, quis ergo dicere, **¶** Dem. toties repetitum omni prorsus Emphas carere? Exinde potius illucescit, Mosen studio **¶** He Dem. toties posuisse, ut, quanta cupiditate terram sanctam intrandi flagraret,

eo majori cum Emphasi palam declararet. Sic etiam *Exod.* XIV.
26. & *Pf. CXIV.* 13. He Dem. in voce ^{לְמִזְבֵּחַ} emphaticē ponit;
Utrōque enim indicat mare rubrum s. algosum, quod Israclitis
ex Aegypto ascendentibus, & a Pharaone in fugam versis per
viscera sua disupta liberum permisit transitum, & dextra sinistra
que muri instar se agglomeravit, in sequentes vero Aegyptios re-
fluente æstu obruit ac submersit. Egregie quoque Emphaticam
He Dem. vim confirmat *Amos.* II. 7. ubi dicitur: **וְאֶשְׁתָּבוּ בְּנֵי אֶלְעָזָר וְאֶתְנָפְתָּחָה** *Et vir & Pater ejus iverunt ad unam eandemque*
puellam, in quo loco LXX. Int. He Emphaticum eleganter ex-
presserunt vertentes: εἰπεῖν δέ τοι πότε τὸν αὐτὸν κατίστημ
annoante Dan. Feselio Advers. Sacr. T. I. L. II. Cap. XVI. §. 3 p. 125.
De cetero lubentes fatemur cum Celeb. *Iob.* Drus. l. c. *Emphaticana*
He Demonstrationis vim, qua ad certam notionem voces adstringit, ut Gre-
ce quidem eleganter, ita Latine exprimi non posse: intelligi tamen, ut cum
alimus Poëta de Virgilio: *Neque est neesse, (addit) dicere: Poëta*
*ille. Nam id minus esset, & de alio intelligi posset. Certe urbani dice-
bant antiqui Romanū significantes, nec tamen addebant illam.* Interim
Emphasim hanc non negligendam, sed in explicatione sedulo at-
tendendam esse monemus, quæ etiam ex attenta consideratione
intentionis Scriptoris, accurata σύναψις textus collatione, & pe-
nitiori affectus Scriptoris observatione investigari ac dijudicari
potest. Et ad hanc Emphaticam He Dem. significationem ea
quoque referri possunt loca, in quibus He Dem. sive substantivo
sive adjectivo præmittatur, superlativam facit locutionem. Ex gr.
Josua dicitur *Hag.* I. 1. *Sacerdos* **מֶלֶךְ עָזָזָה** *magnus ille*, i. e. *Summus*; &
Arba appellatur *Jos.* XIV. 15. **הַגָּדוֹת תְּרוֹל בְּעָקִים** *Homo ma-*
gnus ille inter Anakos, i. e. maximus eorum statura. Hinc & The-
ologici, Japhetum inter filios Noachi natu maximum fuisse proba-
turi, provocant ad *Genes.* X. 21. ubi Sem dicitur fuisse frater
Japheti **מְגֻדָּל magni illius**, i. e. maximi ætate. Sic Haman vo-
catur *Esth.* VII. 6. **עַמְלָע matus ille**, i. e. *peccimus &c.* Hoc autem negat
Cel. Danz. in *Int. Cap. II.* §. 96. p. 67 ubi Articulum tam substantivo,
quam adjectivo præfigi absq; alla mutatione *Positivi* in *Superlativum*,
asserit. Sed quid obstat, quo minus He Dem. in locis quibus-
dam, textu sic requirente, per superlativum reddi queat, non vi-
de-

demus. Interdum autem Emphasim He Demonstrativi non esse sensibilem deprehendimus, ubi tum nomen cum He Dem. a mundo & indefinito vix vel parum distat, ex gr. Gen. I, 1. אָתָּה שְׁמַיִם &c. & sic in omnibus locis, in quibus He Dem. articuli definiti vices subit: (conf. B. D. Ang. Pfeiff. Thes. Herm. Can. XLIII. pag. 314.) Quod etiam exinde probare nituntur, quia בְּאֶתְנָה Lev. XVIII, 5. fine articulo אֲתָּה redditur Rom. X, 5. it. quia וְאֶתְנָה Demer. VII, 3. itidem fine articulo transfertur Matth. IV, 4. ἐπὶ ἀγρῷ μόνῳ (vid. B. Glaß. Gr. S. L. IV. Tr. I. Obs. I. p. 843.). In quibus tamen locis cum Evangelista, tum Paulus non tam ad Fontes respexisse, quam verba LXX. Int. exscriptisse videntur. Sed quamvis ejusmodi loca occurrant, in quibus He Dem. sine Emphasi præfixum appareat, nihilominus tamen Emphaticum nominari potest, cum εἰς τὸ πολὺ Emphasim haud obscure importet: a potiori autem fieri denominationem sèpius comperimus.

S. XVI. Nonnunquam v. He præfixum idem significare, quod רֹאשׁ seu qui, que, quod, supra jam dictum est, non ac si He Dem. hanc significationem ex se & sua natura haberet, sed quia pro relativo pronomine רֹאשׁ interdum alternat, vel si mavis, quia He Dem. tanquam articulus *præpositivus* ponitur pro וְאֶתְנָה articulo, ut alias vocatur *postpositivo*. Atq; hanc significationem habet, quando præfixum est PRÆTERITIS, E.g. I, Reg. XI, 9. וְאֶתְנָה אֵלֶיךָ qui apparet ipse; & I. Par. XXVI, 28. וְכֹר חַזְקָרָשׁ שְׁמֹוֹאֵל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. Omne quod consecraverat Samuel iste videns, sive Propheta &c. Quibus exemplis etiam accensetur 2. Par. I, 4. Sed arcam Dei duxerat David ex Kirjath Jearim, בְּנֵי יִשְׂרָאֵל in (locum) quem paraverat ei David, ubi nomen בְּנֵי יִשְׂרָאֵל deest, & He Dem. pro relativo וְאֶתְנָה ponitur, non quidem expressum, sed a litera ו exclusum. vid. Glaßius in sua auro contra cara Gram. Sacr. L. IV. Tr. I. Obs. I. p. 841. Cui calculum suum addit R. Sal. Ben Mel. f. 214. col. 2. quem etiam conf. fol. 14. col. 4. & f. 51. col. 4. & fol. 76. col. 4. & f. 37. col. 1. in not. Abend. alibi paf sim. An vero FUTURIS in hac significatione He illud præfigatur, non æque inter omnes convenit. Rimbiius quidem in Mieblit fol. 15. col. 1. (citante Drusio l.c. p. II. & 26. & Noldio in Coec. Part. pag. 952.) He pro וְאֶתְנָה sumi asserit, quales ponitur ante præteritum agit FUTURUM: Aben Ezra autem negat, poni unquam hoc significatu ante Fu.

Futurum. Imo Noldius l.c. verbis Kimchii hæc subjungit: *Fallitur de Futuris. Nam nullum He iis apponi potest, præterquam solum questionis & interrogativum.* Adducunt quidem nonnulli ex Lev. X. 19. **וְיָמִים** & verbum hoc reddunt: *quod bonum esset.* Sed alii He præfixum esse interrogativum, aut admirativum, non Relatum contendunt, atque h.m. vertunt. Num bonum fuisset? An placuisset Deo? &c. Cel. Danz. qui in Int. §. 59, p 70, affirmatiavm defendit sententiam, ut He loco **וְיָמִים** Futuris præfigi posse exemplo quodam confirmet, hæc verba ex Jud. XIII. 8. assert: **כִּי** **מֵתֶן** **עַתָּה** **נִשְׁרְדוּ** **לְבָשָׂר** **חַיָּבָר** *Et quid faciemus pueri illi, qui nascetur. Sed quod hunc locum attinet, in diversas abeunt partes Philologi & Interpretes. Noldius eum Præteritis annuntiavit p. 234. Kimchiq & ex eo R. Sal. Ben Mel. fol. 56, col. 2. **וְיָמִים** tanquam nomen adjectivum accipiunt, & ad hanc vocem ita commentantur: **כִּי יְהוָה** **וְהַאֲתָר** **כִּי** **וְהַסְנָה** **אַנְגָּנוֹ** **אָכְלָה**: **וְנִכְתֵּב** **בְּמִלְתָּה** **חַוְלָד** **הַוְוָיָה**: **וְעַתָּה** **חַרְגָּשׁ** **וְכֵן**: **אַשְׁר** **וְלֹרֶד** **לְוִשְׁרָאֵל**: **לְעַמְּרָת** **וְלֹרֶד**: **וְזֹרְרָה** **וְלֹרֶד** (qui erit natus) **אֲשֶׁר** (qui erit natus) **וְנוֹמֵן** adjectivum, quemadmodum (dicitur Exod. III. 2.) **וְחַטָּמָה** (Etrubus non fuit combustus). *Scribitur autem in roce Vav cum Degesch (sequente) uti & (in aliis locis, ex gr. Jud. XVIII. 29, וְאַשְׁר וְלֹרֶד לְוִשְׁרָאֵל)* (qui natus erat Israeli: & Hiob V. 6. **וְעַמְּלֵל** **וְלֹרֶד**) (ad laborem natus est homo.) Ast R. Sal. Farbi, vel rectius Isaac, conf. Wolfi Hifl. Lex. Hebr. p. 31. aliquique ab eo citatus) Cel. Danzii partes tuerit, & **וְיָמִים** Futurum esse affirmat. Reliqui modo huic, modo illi suffragantur. Esto autem, nullum in sacro codice dari exemplum, quod He in significatione pronominis **וְיָמִים** Futuris præfigi demonstret: posset tamen Futuris non minus, quam Præteritis He illud præponi, nulli dubitamus, præsertim, cum nulla idonea ratio suppetat, quæ Futuris He illud pro **וְיָמִים** præponi posse prohibeat, & Præteritis permittat. Sicuti vero Grammatici in hoc dissentiant, sic econtrario omnes uno ore fatentur. **PARTICIPIS** He illud loco **אֲשֶׁר** præponi, quod & quamplurima exempla probant, v. gr. Ps. XII. 33. **וְיָאֵל** **הַמְּאֻרְבִּי** **וְזֶלֶת** **Deg**, qui me accingit robore, &c. Non disitemur quidem, omnia illa loca haud incongrue per participia redi posse: ita ut tum He præfixum significationem atque valorem articuli retineat. Et hinc for-*

forsitan Reg. XI¹, 8. He Participio præfigitur, præmisso הָיָה
qui stabant *coram eo*, nisi quis cum Kimchiō hæc verba ita interpretari mallet: אֲשֶׁר כֵּן הַנְּגֹדִים
i.e. qui erant illi, qui stabant *coram eo*. Sed cum Participia
Hebreorum præsentia eorundem valeant, non tam Participium,
quam verbum temporis præsentis est exprimendum, pro
assunto, in primis, cum & Latinorum Participia per ver-
bum cum pronomine relativo, resolvere soliti simus. Sic quo-
que ה Dem. NOMINIBUS interdum præfigitur, alternans pro אֲשֶׁר,
Ex. gr. Gen. XVI. 6. עִשְׂרֵה הַטּוֹב בְּעִינֵיךְ fac ei, quod bonum in
oculis tuis. Et denique PARTICULIS: Ex. gr. Gen. XLIII. 6. לְחִזְרָה
indicando Viro illi, quod adhuc vobis sit frater.
& 1. Sam. IX. 24. וַיַּרְא רֹשֵׁב אֶתְרָדְשׁוֹק וַיַּעֲלֵה
attulit coquunt ar-
num istum, & quod ad illum (i. quod ipsi adhærebat). ה enim in
vocula pro adeisse fatentur רְדוֹך רְשִׁׁי & aliquie cum
iis, quorum ille vocem hanc per שְׁעִירָה : hic per אֲשֶׁר
exposuit in Biblia Buxt. in b. l.

§. XVII. Atque sic ה Dem. quod alias articulum, Empha-
tice plerumque, denotat, nonnunquam verbis, Nominibus &
Particulis, præfixum, significationem אֲשֶׁר accipere, satis proba-
tum dedimus. Sed abrahamus de Balmis in Gram. supra jam ci-
tata, uti in multis aliis, sic & de significatione ה Demonstrativi
singularem fovet sententiam, quaenam approbationem mereatur,
nec ne paucis est disquirendum. Scilicet, existimat celebris ille
Magister He Dem quibuscumque vocibus præfigatur, sive Nomi-
nibus, sive verbis, sive Particulis, semper idem significare quod
et Nomina vel זְמִינָה אֲשֶׁר וְאֶתְרָדְשׁוֹק
& sic utramque significationem semper
esse conjungendam; hinc & Kimchii, aliorumque sententiam, ha-
esse declarato, significationem illius his exponit verbis:
וְתוֹזֵה אֲשֶׁר הוּא אוֹ אֲשֶׁר הִיא וּבוֹאֵן בְּחַרְכְּרָה בְּרָה
נְטוּרִקָּן חָסֵר אֲשֶׁר כִּי בָּאֵמֶר וּבָאֵת הַלְוָה תִּהְיֶה
לְמַעַלְתָּה פִּזְרוּשׁוֹ וְרֹוח הַאֲדָם הַלְוָה תִּהְיֶה
רְמַעַלָּה D

למעלדרן: ולוּה נשׁרְבָּח רַבִּי דָוָה קְמָתָה וְחַחֲפֵב עַמּוֹ בְּאָמָרָם
כִּי חַחַנָּן חַלְלוּ כְּשַׁחַן עַל עַבְרָה תְּוִינְרֶדֶן אֲשֶׁר לִמְהַפְּנֵהוּ הַבָּאָתָה
לְיעַקְבּ מְצָרִים פּוֹרְשׂוּ אֲשֶׁר בָּאָרֶדֶת לְיוֹעַקְבּ בְּמִצְרָיִם: וּלְפָרָתָה
פְּרַשְׁׂרָה רַאֲמָתָה אֲשֶׁר חַיָּנִין בְּאָרֶדֶת וְאַיְזָבָה חַפְשָׁתָה בְּן חַשְׁמָנָה
פְּרַשְׁׂרָה רַאֲמָתָה אֲשֶׁר חַיָּנִין בְּאָרֶדֶת וְאַיְזָבָה חַפְשָׁתָה
Versionem collateralem *Caloes Calonymi*, qui post obi-
tum Autoris versionem hujus Grammaticæ continuavit, satis
obscuræ transcribere supersedemus, textumq; Abrahami deBalmis
ita vertimus: *significat autem* (He præfixum) *idem*, *quod hoc* *אֲשֶׁר* *חָנוּן*
(qui ille, sive qui est) *vel* *אֲשֶׁר חָנוּן* (qua^z illa, s. qua^z est) *& in*
compositio[n]e ad b[ea]tetur per modum Notaricu[m] (litera He tanquam i-
nitiali integrum vocem *חָנוּן* representante, *conf.* Buxi. Lex.
Talm. p. 1339. & Pfeiff. Cr. S.p. 206.) *deficiente*: *Quando enim dici-*
tur (*Eccles. III. 21.*) *אֲשֶׁר חָנוּן חַיָּנִין לְמַעַלְךָ* (spiritus hominis, qui sursum ascendit) *idem est ac si diceretur*: *רוּחַ מֵתִי*
אֲשֶׁר חָנוּן אוּמָה אֲשֶׁר חַיָּנִין לְמַעַלְךָ (spiritus ejus, qui
est homo, qui est ascendens superiorius), *Et in hoc errorem commis-*
sit R. David Kimchi & Chabib cum eo, dicentes literas He præterito
(*l. verbo p[ro] afixas tantum significare* *אֲשֶׁר*, *ut* (quando dicitur Gen.
XLVI. 27.) *אֲשֶׁר בָּאָה*, *חַכָּמָה idem est ac si legeretur* *לְיעַקְבּ* *מִצְרָיִם*. *Sed secundum meam sententiam* *bat est vera ejus expli-*
catio: *אֲשֶׁר חָנוּן באָה* (qua^z ipsa venit) *In hoc enim nullum est discri-*
men inter Nomina atque Verba. *Sed ut nostrum*, quanvis levide-
ns, judicium de hoc asserto attexamus, gloriolam tantum, se
novi aliquid dixisse, omni studio captasse, ac sine ulla ratione
Kimchii aliorumque sententiam rejecisse, novamque iterum ob-
trudisse videtur. *Quare enim in nominibus semper שָׁרָךְ ante* *חָנוּן* *אֲשֶׁר* *ante*
vel *חָנוּן*, *sive ante* *חָנוּן* *subintelligendum sit*, hariolus vix divinabit: neque etiam opera pretium est, ut quis de eo adeo sit sollicitus, cum *אֲשֶׁר* *toties ante nomina repetitum incongruum fal-tem sensum afferat*, explicationem textus difficilem reddat, & re-
ap se nihil significet. *In verbis etiam ad quid* *חָנוּן vel* *חָנוּן* *toties tam otiose repetendum est*, cum *אֲשֶׁר* *jam sufficiat*, pro
quo He alternare supra diximus? *Sed quid verbis opus est?* no-
dum eum in scirpo querere, quilibet, me tacente cognoset,
Certe, quamquam Vir ille debita sua laude non sit fraudandus, se-
pius tamen eum humani quid passum esse, jam dudum Viri in He-
breæ

breæ literatura versatissimi observarunt. (conf. Celeb. Drusii Libellum de recta lectione Lingæ Sinctæ passim, in primis cap. XII, p. 24.)

§. XIX. Inter varia ñ Demonstrativi nomina recentuimus quoque in superioribus ñ *Vocativum s. Particulum.* Nostrum iam erit, ut pluribus demonstremus, ñ Dem. ab ñ Vocativo plane non differre, sed esse idem illud ñ, quod modo *Demonstrativum* est, atq; vocatur, modo נָאֵר קְרָבֶן תְּנִזְנֵן s. ñ *Vocativum* dicitur & per particulam exclamandi ô! commode effertur. He Dem. igitur ab He Vocativo non esse diversum, probamus primo exinde, quia vocandi significatio, quæ He Vocativo tribuitur, a demonstrandi significatione nihil ferme, aut parum sane differt. Nam si dicendum, quod res est, He illis in locis, ubi He Vocativum adesse creditur, re vera est Demonstrativum, atque demonstrandi saltem officio fungitur (conf. Aben-Esra in Num. XV. 15.); Verbum vero, sive pronomen secundæ personæ, nomen illud, quocum construitur, per He Dem. adcertum. Objectum adstrictum, ad vocativum casum restringit, cum Hebrew nullam diversam casum terminationem habeant, prout Græci & Latini, nomen autem tertię personæ in Nominativo cum verbo aut pronomine secundæ personæ construi nequeat. Hinc quando neque verbum, neque pronomen secundæ personæ adest, He illud esse Demonstrativum tantum, non Vocativum persuasi sumus. Ex. gr. Nonnulli ñ in בְּנֵי פְּנֵי IX. 7. Vocativum esse rati, vocem hanc ita vertunt: o inimice! Sed cum nullum vocativi indicium in textu reperiatur, satius esse ducimus, huic Nominativo vim integrim membris tribuere, & vocabulum hoc ita exponere: Hostem illum quid attinet, quælis construclio etiam datur P. XVIII. 31. Coh. II. 14. &c. (conf. Bo. Geier. Comm. in P. f. 123. 124.) Secundo He Dem. idem esse cum Vocativo, etiam ex eo probamus, quia He Vocativum & Dem. idem habent primitivum, a quo descendant, pronomen scilicet tertię personæ; id quod ex æqualitate punctorum innotescit. Nam He Vocativum æque ac He Dem. ordinarie præfigitur per (-) seqv. Dag. E. g. בְּנֵי אֶחָד וְשַׁמְנָה auscultate ô coeli! Deut. XXXII, 1. &c. Dagesch fortiautem aliteris Gutturalibus excluso, etiam ñ Vocativum accipit. () Ex. gr. וְתַשְׁמַע תְּהִלָּתָךְ Et audias, o terra! sermones oris mei. Imo, quando He Vocativum antelite-

ram Gutturalem Kametzatam occurrit, habet (.) & que ac Dem.
Ex. gr. *Mub.* II. 7. בָּאָמָר בַּתְּ-יַעֲקֹב o qua ducis Domus Jacobi!
Nam in voce קָרְבָּן Vocativum esse, integer contextus aperte
ostendit. (conf. *Michl. Jophi* f. 151. col. 4.). Quæ omnia cum tam
certa sint, quam quæ certissima, He Vocativum non aliud esse ab
He Demonstrativo, quivis facile largietur.

§. XIX. Sicuti vero He Vocativum ab He Dem. non dif-
ferre, jam satis probavimus: Sic He Dem. ab He *Interrogativo*, Ju-
dæis וְשָׁאַלְתִּי; vel *admirativo* לְ-וְדִים dicto, toto qua-
si coelo distare afferere non veremur. Nam *primo* differunt quo-
ad significationem, cum He Dem., uti sèpius jam diximus, notiti-
um atque demonstrationem cum Emphasi quadam importet; He
Interrogativum autem nudam interrogationem significet, aut
cum admiratione verba prolatæ esse indicet, v. gr. 1. *Reg.* XXII. 6,
בְּאֵלֶּה num ibo contra Ramoth Gilead in bellum? &c. Deinde differunt
quoad suum. He *Interrogativum* omnibus omnino orationis par-
tibus præponitur, nullo habito respectu, an sint nomina propria,
an pronomina primæ & secundæ personæ, an indeclinabilia &c.
Ex. gr. 1. *Sam.* XIV. 45. בְּנֵי יִהְוָנָתָן יָמוֹת num
LXVI. 9. בְּנֵי an ego? *Gen.* XXVII. 21. בְּנֵי an tu? *Gen.* III. 11.
בְּנֵי an ex? &c. Quæ omnia He Demonstrativum non admit-
tere e jam dictis liquet. Sic He *Interr.* literis *Praformativis* aliis
præponitur (v. gr. *Hab.* III. 8. בְּנֵי יְהוָה Num in fluvios? &c.)
He Dem. nunquam; quod iisdem postponitur, imo ab illis inter-
dum extruditur. Tandem non levis differentia observari potest
inter He *Interr.* & Dem. *quoad punctuationem*. He Dem. habet (-)
seqq. Dag. He *Interrogativum* punctatur ordinarie per (.) Ex. gr.
Gen. XVII. 17. בְּנֵי num filia? cuius punctionis hanc rationem
reddimus, quia ה Interv. est ultima litera integræ vocis (ה vel ה)
hinc etiam præfigendum foret per (:), sed, cum sit Litera Gut-
turalis accipit (:) compositum, nempe (-). Quando vero ante
literam Gutturalem, vel ante literam Schevatam (-) habet, ex.
gr. *Num.* XVI. 14. בְּנֵי an oculos &c. *Jud.* IX. 2. בְּנֵי an domi-
nari? &c. tum (-) saltem concisum esse scimus. Sic quando an-

te

te præformativam servilem schevatam, ino interdum ante literam radicalem Schevatam, (-) habet (eqv. Dagesch, ex. gr. Ez. XX, 30. וְאֵת בְּבָרֶךְ אָנָּה בְּבַדְּרוֹתָה an in via? 2. Reg. VI, 32, וְאֵת תִּרְאִיתָם an non vidisti? (-) itidem concisum, & Dagesch illud esse Euphonicum constat quod literæ Schevatæ euphoniam gratia imprimitur: (si **בְּ** **בְּ** **בְּ** **בְּ** bonum esset Lev. X, 19, excepitis, quod ali tanquam singulare aliquod accipiunt, alii, refragante Masora, his exhibent punctis : sed He Dem. semper & ordinarie Dagesch sequens imprimit literis radicalibus, & nunquam præfixo servili præponitur. Interdum tamen He Interr. ante lit. Gutturalem Kametzatam pro (-), æque ac He Dem. pro (-), euphoniam gratia (-) accipit. Ex. gr. Num. XI, 12. וְאֵת נָאכִי num ego? &c. in quibus locis He Interr. interrogativum vel ex contextu, vel ex aliis circumstantiis ab He Dem. satis dignosci potest. Cum igitur He Interr. ab He Demonstrativo plane sit diversum, illud extremis, quod ajuunt, digitis h. t. indicasse sufficiat.

Q. XX. Jam de quæstione: an He Dem. interdum He localis, quivaleat? tria nobis sunt facienda verba: Affirmat eam Cel. Noldius in Cont. Part. p. 232. & magna exemplorum caterva illam corroborat: qualia sunt יְשִׁיר in arbem i. Sam. IX, 17. מְלֵא in agrum Gen. XXVII, 3. 5. &c. Addit vero statim, alios significationem atq; valorem He localis non He Demonstrativo tribuere, sed particulam **וְ** subintelligere, ut שְׂרֵר idem sit, quod שְׂרֵר idem quod שְׂרֵר & sic in cæteris. Nos, ut cum B. Noldio faciamus, a nobis impetrare non possumus. Videtur Vir iste longe Celeberrimus, uti alibi passim, sic & hoc loco, tantum de commoda latina particula cogitasse, & veram He Dem. significationem non attendisse. Ita enim Clericus de ipso judicat in Prologomenis translationi ejus Libri I. Mosis premisis Dissertat. 2., inquiens: Per sepe hoc tantum spectavit (B. Autor) quemadmodum Particula Latina haud incommode, aut **אֲמֹר** **אֲמֹר** **אֲמֹר** pro Hebrew ad usurpari posset. Quod Clerici judicium citat & approbat Casp. Neumannus in Genes Lingue Sancte. Cap. II S. 12. p. 19. Loca igitur a B. Noldio allata quod attinet, in iis, vel omnino particula **וְ** est subintelligenda, vel dicendum est, verba ista, cum quibus hæc nomina constru-

untur motum ad locum satis clare inhuere, ut prepositione non opus sit, cum & Latini non raro Nomina cum Verbis motum ad locum significantibus in Accusativo omis̄a prepositione conjungant.

§. XXI. Unum adhuc dubium diluendum restat, *an sc. Dem. pro 7, 5 vice versa pro alterne?* *In Dem. pro alternare, ex Ps. CXXII. 4. quidam probare nituntur, ubi dicitur עזם הולבניאו tranquiliorum, & statim in eodem versu sequitur חכמי לְבָנֶן contemplatio superborum.* Hinc ut aqualis in utroque hemistichio ditionis Silluki evadat constructio, *in invoke חטאנו וְלֹא pro ל usurpari contendunt.* *Sed in questione est hoc, verum si, nec ne, inquit sepius jam laudatus Drusius l.c. p. 25.* Neque nos certi quid asservare audemus: negativa tamen sententia nobis verisimilior videtur, quandoquidem diversam & inaequalem constructionem in uno codemque verso non semel deprehendimus. *Autem pro ה alternare, adfruere conantur ex 2. Reg. VII. 2.* *השְׁלֵשׁ אֲשֶׁר רַבָּלָךְ נִשְׁעָן עַל רְאֵת Eques ille, cuius manu Rex innitebatur. It. ex 2. Par. XXIII. 6.* *רוֹא כְּמַשְׂרִיטִים יְלִוִּים & ministrantes Lebita, it. ex Esdr. X. 14.* *עַל לְדָבֵר הַזֶּה* *propter banc rem.* In omnibus illis locis Ben Melech, f. 81 col. 2 f. 21b, col. 4, fol. 208, col. 2. *ל הַלְמָד בְּמִקְומָה אָחָר רְאֵת* *pro Dem. adesse dicit; addit tamen fol. 208. col. 2.* *כו רְעֵשׁ קַצְתָּה וְחַפְרֵשִׁים hanc esse sententiam quorundam tantum interpretum, & sensum literalem a nonnullis retineri. Imo fol. 81. col. 2. postquam ex mente quorundam Grammaticorum pro ה alternare dixerat, eorum sententiam, qui *ל* in significazione propria retinent, uberior exponit h. m.* *וֹשֶׁת דָּפְרָשָׁו כְּמַשְׂרִיטִים כְּפָרָשָׁו וְבַקְעָם הַשְׁלִישׁ וְלִזְעָם נִשְׁעָן עַל וּוּוּ וּמְלָתָא אשר עַמּוֹת בְּמִקְומָם שְׁנִית כְּלָמָר :* *i. e. sunt autem qui voces prout jacent, accipiunt, quoniam sensus (verborum) construitur cum (voce) thirdi, non autem cum (vocibus) secundi et tertii.* *עַל Et vocula אשר his est repetenda hoc modo: Eques, qui Regi*

gi (erat ad manus) qui (Rex) supra manum ejus ritebatur. Eadem
fere est explicatio *Dav.*, *Kimchi*, qui in *Comm.* in h. l. in ipsis ver-
bis esse **תְּרוֹתָךְ**, *glorificationem ellipticam* fatetur ita exponendam:
Eques, qui *Regi* (erat) qui manu ipsius fuit suffultus. Atque hanc
posteriorem sententiam priori esse præferendam, necq; facile si-
gnificationem **רַבָּה** propriam deserendam ducimus. In 2. Reg.
VII. 2. satis congrua est expositio *Kimchi* & *Ben Melech* jam ci-
tata: & i. *Par. XXIII*, 6. B. *Schmidius* in versione sua **לְ** tanquam
notam Dativi accipit, & æque ac *Kimchi* in loco jam allegato,
pronomen **שֶׁ** subintelligit, quando versum hunc ita reddit:
Nec autem ingreditur (quiaquam) domum Jebovæ, nisi sacerdotes &
ministrantes, qui *Levitæ* opem & tuberculatum ferebant, Domum
Jehovæ ingredi potuisse. Quocum consentit versio *Judaico-*
Germanica, quæ Amst. Ann. 439. l. 1679. prodiit. Ea enim lo-
cum hunc ita vertit.: Und es sol ferar kommen in **וְתִשְׁבַּחַת** des
Haush/ denn nur die (**כָּהֲנִים**) und die Diener der (**נְבָנִים**). Deni-
que nec *Esd. X.* 14. **לְ** pro **לְ** alternare, satis probat; quidni enim
verba hujus loci ita vertere licet? donec avertatur æstus iræ
DEI nostri, etiam propter hanc rem: ita ut **עַ** alia populi I-
raelitici peccata indicet, & **לְ** significationem suam propter re-
tineat.

§. XXII. Tandem, *exclusio He Demonstrativi* sicco pede
non est prætereunda: Nempe quando una ex his literis כ ב
voci est præfigenda, cui *He Dem.* præpositum appetet, *He*
illud communiter exulare cogitur. Si quæris: quare *He Dem.*
aliter כ ב extrudatur? tribus respondeo verbis: *ad acceleran-*
dam pronunciationem; vel, ut *Kimchi* loquitur כ ב
מִפְנֵי כְּבוֹד קָדוֹשָׁת propter gravitatem & difficultatem lectionis. Quem-
admodum enim Germani articulum *Der/ die/ das/ sapis* omit-
tunt, si quando cum celeritate aliiquid proferre gestiunt; ex. gr.
dicunt **in Himmel** pro **in dem Himmel** &c. Sic & hebræi celeri-
tatis, & facilitatis studio, cui sunt apprime dediti, **in Dem.** post
כ ב quasi negligunt, & in lectione ac scriptiōne non attendunt,
ex gr. pro **בְּשִׁׂירָה** dicunt **בְּשִׁירָה**. De cōtamen sunt solli-
ci-

cit, ne **ה Dem.** totum pereat; hinc literæ **כ ל ב** retinent punctum quodvis **ה Demonstrati** vi exclusi, ut indicium literæ abjectæ **ה** adsit, & vocalis **ר** **ה** tanquam legatus & vicarius post Domini sui discessum cum ejus potestate remaneat. Vocali igitur **ה Demonstrati** relicta, est ac si **ה** ipsum non periret. Quamcumque enim notionem exhibuit **ה Dem.**, eandem quoque vocalis ejus importat. Sed diximus literas **כ ל ב** quodvis **ה Dem.** punctum accipere. Ordinarium ejus punctum (-) sq. Dag a literis **כ ל ב** retineri, vidimus jam in **ב ש ב י**, cui ex in numero fere exemplorum numero addi possunt. **כ פ ר ב ר** Sic extraordinaria quoque **ה Dem.** puncta literæ **כ ל ב** accipiunt, & quidem tum () Ex. gr. **ו ו ז**; tum () Ex. gr. **כ ע פ** Quamcumque ergo ex his vocalem litera **כ ל ב** accipient, sive (-) sequ. Dag, sive (), he Dem. ejusque valorem inclusum habent. De his vero locis, **ב ב ת ר י נ** in **א ש u i r e**. Exod. XI, 8. **ל ו ר ש י** mensis suos. Ez. XLVII, 12. (pro quo in Concord. Buxt. & in Alberti Porta Lingy. S. minus recte legitur **ל ו ר ש י**) vide Wasmuth. Hebr. Ref. Reg. XIX. Membr. VIII. p. 58. & num assensum mercatur, nec ne, ipsem expende. Nos obter- vamus tantum **ה Dem.** non semper post literas **כ ל ב** excludi id quod jam dudum D. jsc. Wellerus a Molendorff in spicilegio **Quesitorum Ebraeo-Syrarum** a M. Jo. Wilb. Hilingero publica luci restituo. Spicil. II. tit. quest. IV. contra Bellarminum notavit, ubi octo exempla adducit, in quibus **ה Dem.** post lit. **כ ל ב** est retentum. Octonarium vero numerum ad vicenarium usque adauxit stupenda nunquam satis laudandi B. Wasmuth diligentia, qui & loca illa enumeravit in Hebr. Ref. I. c. p. 58. Quibus omnibus a nonnullis adhuc accensetur. Pl. XV, 4. **ב ש ב ע** **ל ו ר ש י** esse Infririvum Hiphil defendunt, vertuntque: *jurari ad malefaciendum* (si bi ipsi scilicet, jejunando). Sed alii **ל ו ר ש** ad nomen absol. **ר** referunt, quod cum **ה Dem.** est **ל ו ר ש**; dein (-) furtivum ad præcedentem literam rejici, & vocalem () extrudi dicunt (juxta Wasm. Reg. II. M. I. 3. p. 7.) retento **ה Demonstrati** post **ה**, ut jam iste horum verborum sensus emergat: *Jurat Socio.* (conser. B. Geier. Comm. in Ps. fol. 202.)

§. XXIII.

§. XXIII. Non solum autem excluditur **¶** Dem. a literis בְּ, sed & saepius per Ellipsin omittitur, de qua jam plura dicemus, si modo observationes quasdam masoreticas præmisserimus, quarum *prima* est, quater decies vocalēm **¶** Demonstrativi adesse, ipso **¶** non comparente. Ex. gr. **לִירָעַ** Thren. I. 18. conf. 1. Sam. XIV. 32. 2. Sam. XXIII. 9. 1. Reg. IV. 7. VII. 20. XV. 18. 2. Reg. XI. 2c. XV. 25. Et. XXXII. 15. Jer. X. 13. XVII. 19. XL 3. LII. 33. Ez. XVIII. 20. *Secunda.* Ter **¶**. Demonstr. præcedenti voci esse annexum, ab ipsa rursus arcessendum, v. gr. **הַיְתָה** 2. Sam. V. 2. conf. Ez. XLII. 9. Job. XXXVIII. 12. *Tertia.* Decies **¶** Demonstr. voci esse præfixum absque vocali, v. gr. **הַכְּפֵדִי** Eccl. XI. 20. conf. 1. Sam. XXVI. 22. 1. Reg. XXI. 8. 2. Reg. VII. 12. XIV. 7. Et. XXIX. 11. Jer. XXXIX. 11. & LII. 20. Eccl. VI. 10. & X. 3. Quid de his atque similibus notis Masorethicis habendum sit, prolixius quidem exponere possemus, si in campum hunc late patente expatriari jam nobis animus esset. Ut tamen aliquid dixisse videamur, non equidem in Cel. Danzii sententiam inquiremus, qui hac hypothesi, *vocalium* *bodie extantium* *figuras* ab *isdem Autoribus*, qui *Scriptura S.* exhibuerunt *literas*, non *fuisse additas*, insistens, *Ketibb* tantum recipit *tanquam divinitus inspiratum*; *Keri* vero *invenitum esse mere humanum contendit*, (vid. *Eius Literat.* Hebr. Chald. § 6. Obs. 1. p. 50. sqq. & obs. 5. p. 67.): provocamus faltem ad Matthai Hilleri, *Libr. de arcano Ketibb & Keri.* p. 291. seq. p. 142. & p. 294. sq., cuius sententiam tanti astimavit B. W. a. genfeilius, ut firmiter fuerit persvafus, illam non sine aliquo divino afflou ei in mentem venisse. Et sane mirandum est, quod tanta facilitate nodos Gordios dissolverit, aliis eosdem vel magis magisque implicantibus, vel Alexandri gladioplane dissecantibus. Vid. quæ B. D. Pfeifferus annotavit in *Crit. Sacr. Cap. VI. Sect. II. quest. V. p. 199.* Sed ut nos ad Ellipsis **¶** Dem. revertamur, animadvertisimus jam, **¶** Dem. vocibus more solito præfigendum interdum abesse, & quidem non solum, quando articulum vel definitum, vel indefinitum significat, sed etiam, quando

E. Em-

Emphasi egregiam in se continet: non solum quando pro
alternat, sed etiam, quando Nomen in Vocativo est
exponendum. Ut unicum de singulis exemplum subjiciamus, o-
mittitur in Dem. ARTICULUM DEFINITUM DESIGNANS
Ps. LVII. 11. בְּרוֹר שׁוֹעַת שָׁמֵיתָךְ קָרְבָּן
quia gratia tua ad cœlum usque magna est. Cum alias semper fere
dicatur רַשְׁמִיתָךְ ARTICULUM INDEFINITUM
DENOTANS, Deut. I V. 33. קָרְבָּן אֲנַזְבָּסְכָּרְבָּן
an audivit populus (aliquis) vocem DEI lo-
quentis. IMPHASIN INVOLVENS, Ex. XI, 5. כִּי
Nam puer natus est nobis, filius datus est
nobis. Proinde enim omnino maxima cum Emphasi dicen-
dum foret, cum hic ejusmodi puer intelligatur, cuius-
modi unicus tantum est in cœlo, & in terra: Et vero multi vi-
liores pueri hoc titulo insigniantur; Sic v.g. Ismael זִבְרָלָט dicitur
Gen XXI. 14. 15. 16. &c. PRO TUN ALTERNANS: Cant. III.
6. 6. בְּרִיא זֶה עַלְקָה חַפְרָבָר
que (est) illa, quæ ascendit ex deserto? ubi
pro legendum foret, uti Eccles. III. 21. Et tandem
VOCATIVUM EXPRIMENS. Jer. X. 7. מִירָאָרָא מֶלֶךְ תְּבוֹרָה
quis non timbit te, ô Rex Gentium, ubi itidem pro מֶלֶךְ
deberet תְּבוֹרָה, quo nomine Ahasverus compellatur Esth. VII. 3.
At quamvis in his aliisque locis in Dem. regulariter vocibus
præfigendum, per Ellipsin excludatur; tamen in expositione
textus non est excludendum, aut prætermittendum, sed pro
diversitate circumstantiarum textus, quarum ratio merito ha-
benda, diversimode est exprimendum.

§. XXIV. Ultima iam quæstio æqua mentis trutina per-
penienda esto: an in Dem. pleonastice redundet? Sunt nonnulli,
qui affirmativam sententiam suam faciunt; sunt & alii, qui ne-
gativam asserere malunt. Illi ad varia provocant exempla;
& in Dem. pleonastice positum esse contendunt Lev. XVIII. 5.
Qui fecerit, ea homo; & Deut.
VIII. 3. Quod non solo pane-
vi.


viveret homo, quia in N. T. ubi dicta hæc citantur, **וְ** Dem. non exprimitur. Sic Pleonasium **וְ** Dem. in omnibus iis locis reperiri dicunt, in quibus pronomini Demonstrativo est prefixum. Pleonasium quoque **וְ** Dem. pro **אֲשֶׁר** alternantis dari credunt in 1. Reg. XII. 8. **וְ** **אֲשֶׁר דַּעֲמָרִים יִפְנִינוּ** qui stabant coram ipso, & Deut. XI. 7. **כִּי עִמָּכֶם נְדִיאתָ אֶת כָּל**
מַעֲשֵׂה יְהוָה הָאָרוֹן *Nam oculi vestri viderunt omne opus Iehovæ magnum.* **סְכוּם** (vid. Nold. p. 241.) Sed cum de his & similibus locis supra quædam dicta sint (conf. §. XV. XII. & XVI.) eadem repetere nolumus. Hoc saltem confidenter defendimus, in omnibus iis locis nullum **וְ** Demonstrativi pleonasium dari, pleonasium puta veri nominis, qui est superflua vocis ac literæ abundantia, ita ut vox vel litera sine omni usu sit posita. He Dem. enim non sine omni usu in locis citatis adesse, sed ex genio lingvæ necessario requiri, in superioribus jam probavimus. Atque talem pleonasium **וְ** Demonstrativi ipsi affirmativa alias sententiaz Patroni negabunt, qui pleonasium, non realem, sed literalem tantum intelligent, sive talem abundantiam vocis velliteræ, non quæ ex genio lingvæ Hebrææ sit superflua, sed quæ in aliis linguis non æquè commode exprimi possit, aut quæ respectu aliarum lingvarum inutilis & superflua videatur. Pleonasmos enim veri nominis non dari in sacro codice defendit solertissimus quondam Sacrarum Literarum Scrutator P. Pfeiffer, dum in *Theat. Herm.* p. 359. Canone LXXXI. ita instruit: *Nomina nulla in Scriptura Sacra usurpantur pleonasifice;* & tandem, nominibus, quæ a B. Glassio pleonasitice posita dicuntur, rite explicatis, concludit: *Pleonasmos nullos propriis nominis in Scriptura. S. admittimus, nulla vox frustra posita, & a qua non dependant montes rerum.* Quod vero Conlumnatisimus ille, dum viveret, Theologus ac Philologus de Nominibus tuetur, id nos quoque de literis, in primis de **וְ** Dem. assertere possumus, trita Rabbinorum regula commoti: **אֵין בְּתוּרָה אַפְלָה אֲשֶׁר אַחֲרֵי שָׁנָה תְּהִירִים גּוֹלִים**

גָּלוֹבְּבַת תִּלְוִוֶּת נָהָר
i.e. Non est in Lege (addo in tota
Scriptura) vel unica litera, a qua non magni dependeant mones.
Num igitur in Dem. toties plane otiose, & sine omni usu ad-
eſſet? Ceterum materiam hanc de Pleonasmis , an dentur in
sacris literis ? prolixe & eleganter pertraſtavit M. Herm. Chri-
ſtoph. Engelke in duabus jam diſputationibus Rostochii 1703.
& 1704. habitis, quæ hac de re non sine fructu legentur.

§ XXV. Atque hæc de in Dem. in præsentiarum dixisse ſuffi-
cient, cum temporis chartæque ratio habenda plura adjicere
prohibeat. Quod ſi forſan quædam minus accurate dicta
funt, nec ſatis ponderata, veniam a Ben. Leſt. facile nos im-
petratores confidimus, qui in omnibus adhuc doctiorum in-
formationem expetimus, & ab eorum ore pendere ex animo
optamus. Interim cum homo natus sit *לעמל ad laborem* (Hiob.
V, 8.), vel ut Judei ex singulis hujus vocabuli literis per
ראשי ר' מנה לומד על מנה לומד *ad diſcen-
dum docendi cauſa*, idem & nobis dictum fuiffe credimus,
præſertim cum R. Ifmael in *פרק ר' מנה פראק' אבות* f. capitulis Parrum
הЛОМОד על מנה לומד מפתקין ברו: *Qui cum in finem diſcit, ut alios doceat, in ejus manum*
sufficienter traditur, & ad diſcendum & ad docendum: vel ut Cel.
Leusdenius in not. ad h. l. ultima verba explicavit: Deus am-
plissimam vel diſcendi, vel bene agendi occasionem illi concedet. (con-
ferri etiam poſſunt *Fagius & Lebmannus* in not. ad h. l.) Qua-
ſpe etiam freti, ad alia, eaque graviora, ſi Deus vitam vires-
que concesſerit, nos pedetentim accingemus. Quemadmo-
dum vero verbis Davidis ſummi Numinis auxilium ab initio
præſenti operi imploravimus; Sic & pro ejus gratia largiter
nobis præſita debitas, persolventes gratias, cum Davide inge-
ninamus;

כְּרוּ יְהוָה אֶל־הָעֵדָה יִשְׂרָאֵל מִן־הָעוֹלָם יוּמָר הַשְׁׁרָם
וְאָמַר כָּל־הָעֵם אָמַן
תָּלִו וְרָחָ :

אֲמַן אֲמַן אֲמַן



Be 3112.

8

ULB Halle
003 772 187

3



f

86.

v. 18

WDR

Rita -



6

בָּשׁ הַקְּבָדָה
רַא הַיְדִיעָה

sive

HE DEMONSTRA- TIVUM

SUMMI NUMINIS AUSPICIO, ET BENEVOLO
SUPERIORUM INDULTU,

IN ACADEMIA LIPSIENSI

SCIENTIFICE DEMONSTRABUNT

PRÆSES

M. CHRISTIANUS Münden/
FEMARA-HÖLSATUS,

&
RESPONDENS

CONRADUS JULIUS FRIDERICI,

Elystrowerdenensis Misnicus, Philosoph. Baccal.

d.24.Febr.AN.CI 15 CCVI.

H. L. Q. C.

L I P S I A E,
LITERIS BRANDENBURGERIANIS.